

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Apostoli g
cum fonte primo

Non sine causa factum putemus
quod una die, uno loco, unius
tyranni apostoli tollerauere sentenciam.
Vna die passi sunt
ut ad Christum pariter peruenirent;
uno loco ne alteri Roma deesset;
sub uno persecutore
ut aequalis crudelitas utrumque constringeret.
Dies ergo pro merito, locus pro gloria,
persecutor decretus est pro uirtute.

Ambrosius in sermone apostolorum Petri et
Pauli.

Non enim sine causa factum putemus
quod una die uno in loco unius
tyranni tolerauere saeuitiam.
Vna die passi sunt,
ut ad Christum pariter peruenirent;
uno in loco, ne alteri Roma deesset;
sub uno persecutore,
ut aequalis crudelitas utrumque constringeret.
Dies ergo pro merito locus pro gloria
persecutor decretus est pro uirtute.

Maximus Taurinensis, *Collectio sermonum antiqua (extra.)*, 1.2 (CCSL 23, A.
Mutzenbecher ed., pp.2-3, ll.27-34).